

1158 tentoria. Plurimi autem milites plerumque ad stationes suas
 reportaverunt vulnera.¹ In hoc autem ~~pro~~ prelio in iuvenili
 etate sic flore Mikis, Otto, Lieszec, Gerardus, nepos magni
 Grabisse,² ut leones fortes occubuerunt. Quos cum domino nostro
 Daniele Pragensi episcopo in abbacia Vallis clare³ non longe a Me-
 diolano cum maximo planctu sepelivimus. Mediolanenses tantam
 fortitudinem Boemorum considerantes extra has portas exire non
 presumerunt, immo sese ab eis fortius munientes lapidibus eas
 omnino obtulerunt sola ex hac parte consenti portula. In palatiis
 abbas sancti Dionisii optimis ante ipsam portam rex Boemie suas
 ponit mansiones, militum suorum ex omni parte stationibus positis
 Mediolanum ex omni parte forti circumdavit militia. Huic itaque
 tante et tam forti obidioni in servicio domini imperatoris hii
 affuerunt principes: Vladislavus rex Boemorum cum domino
 Thebaldo, inclito fratre suo, et aliis principibus et primatibus,
 de principibus autem Alamannie hii huic negotio affuerunt prin-
 cipes: Fridericus, filius Conradi, dux de Rotemburgh, Henricus dux de
 Austria, Ludovicus frater imperatoris,⁴ palatinus comes de Suevia,
 Otto, palatinus comes de Bavaria, cum suis fratribus,⁵ duo filii
 marchionis Alberti et alii principes de Saxonia cum forti militia,
 plurimi quoque sodius Teutonie principes. Affuit quoque Pere-
 grinus patriarcha Aquilegensis, Fridericus Coloniensis archiepis-

1) Ordnung vord. des Konigs Ann. Med. mai. 31 guffildot: die
Wunden des Konigs die Wunden des Konigs
zu Gyllen konunt.

2) Comes Grabissa vlt. Radgerus des Gyzogt Botinoy sui
Cosmas zu 1103, 1106 u. 1109 genannt (Ordnung v.
Boisgoltz 55 rer. Germ., Register).

3) Chiaravalle, f. obm r. 42

4) r. obm r. 49

5) r. obm r. 49

ius konst. P

Wunden des Konigs P

us konst. P